



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Assertio Omnium Articvlorvm M. Lvtheri, Per Bvllam  
Leonis X. Novissimam Damnatorvm**

**Luther, Martin**

**[Basel], 1521**

**VD16 L 3876**

Vicesimvs. Seducuntur crede[n]tes indulgentias esse salutare & ad  
fructum spiritus utiles.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-33308**

ARTICVLORVM DAMNATORVM

*notu* satisfactio-  
nes. *psint*

Si tamen aliquid essent indulgentiæ, quid aliud quam remissiones bonorum operum essent? Nonne remittunt satisfactiones? Quid autem sunt satisfactiones, nisi bona opera, bonæque passiones: ut etiam hac ratione pestilentio res fuerint indulgentiæ, si aliquid essent, quam nunc dum nihil sunt. Quæ fraus sceleratior, quam hominibus bona opera remittere, & licentiam dare pigritadi sub specie pietatis, ad pecuniâs tantum exogendas?

*similiter omni-  
leges homi-*

Rouoco etiam quod dixi eas esse de numero eorû quæ licent: Hoc enim uerum esset, si aliquid essent, quia quod non est præceptum, nec consultum, prorsus nec expedit nec necessarium est, sed mere licitum & arbitrarium, at tales essent indulgentiæ. Nunc autem dico, eas esse de numero eorum, quæ fallût & perdût, cum sint nihil nisi fraudes sceleratorum sanguisugarum populi dei.

DECIMVS NONVS.

Indulgentiæ his qui ueraciter eas cõsequuntur non ualêt ad remissionem poenæ pro peccatis actua libus debitiæ apud diuinam iusticiam.

VICESIMVS.

Seducuntur credêtes indulgentias esse salutare & ad fructum spiritus utiles.

VICESIMVS PRIMVS.

Indulgentiæ necessariæ sunt solum publicis criminibus & proprie conceduntur duris solummodo & impacientibus.

VICESIMVS SECVNDVS.

*Indulgentiæ qd  
psint*

Sex generibus hominum, indulgentiæ nec sunt necessariæ nec utiles, uidelicet mortuis seu morituro